



Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Lvdovici De Ponte, Societatis Iesv, Meditationvm De Praecipvis Fidei Nostrae Mysteriis

Vitae Ac Passionis D. N. Iesv Christi; B.V. Mariae, & aliquorum Sanctorum

Qvae Mysteria Complectitur Incarnationis & Infantiae Iesv Christi Domini
Nostri, vsque ad eius Baptismum

Puente, Luis de la

Coloniae, 1613

Modus item alter traditur eosdem sensus applicandi cum variarum
virtutum actibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54647](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54647)

CONTINGENDA eodem modo sunt le-
ctuli infantis duricies, frigoris rigor, (quo af-
ficiebatur) pannorum quibus inuolutus & li-
gatus manebat, angustia: ex quo desiderium,
duriora & asperiora, Infantis huius amore,
contingendi & in me experiendi: fugiendi ve-
rò blanda & mollia, quæ idem Dominus aded
horruit excitabo.

MEDITATIONI huic finis imponetur sol-
loquio cum Infante ipso IESU Domino no-
stro, eum orando, ut animæ meæ sensus puri-
ficare & clarificare velit, quò eum & sentiam
& ut ipse vult, amem: *creformari cupiens* (ut *Rom. 12. 2.*
ait Apostolus) *in nouitate sensus mei, ut pro-*
bem, approbem que, voluntatem Dei bonam &
perfectam, ad eiusdem gloriam, in æterna sæ-
cula, Amen.

MODVS ALTER EOSDEM

Animæ sensus in oratione appli-
candi, cum variarum vir-
tutum actibus.

INTER eas virtutes, quæ intelligē-
tiam & voluntatem nostram (qui *S. Bonauen.*
spirituales sunt animi sensus) per *stiner. men-*
ficiunt, quinque sunt insigniores. *tis ad Deum*
cap. 4.
quinq; corporis sensibus respondentes: quo-
rum actibus, modus quidam orandi, circa præ-
dicta mysteria, valde utiliter exercetur, sic:
VISIO est lumen FIDEI, qui, etsi tanquam

I.

S 2 in spe

in speculo & ænigmate, perspicimus came
quæ Deus in vnoquoq; mysterio reuelatur:
actus, admiratione & mora quadam, exerces
tes, (eo modo, qui in Meditat. 34. primæ Part
est positus) ipsi Infantulo I E S V dicentes:
Domine adauge mihi fidem: eamque viuam
vt ita coram te viuam, atque si præsentem ce
nerem.

a Luc. 17. 5.

II.

AVDITVS, est virtus OBEDIENTIAE
qua audire decet, quæcunque Deus iubet, ut
in eo mysterio verbo exemplo confabulatur
me ipsum itaque ad id præstandum magni co
leritate & promptitudine, offeram: b *Para
tum*, dicens, *cor meum Deus, paratum in
meum*, tibi obedire: iube quod vis; sed dæ quod
iubes, vt eo modo exequar, quo tibi placeam.

b Psal. 56. 8.

III.

ODORATVS, qui absentia percipit ac
stantia, est Virtus S P E I, quæ nos diuinarum
promissionum certitudine confortaas, ante
quàm eas videamus aut obtineamus, sperare
iubet, quod orationes nostras exaudiet, quod
gratiæ suæ iuuabit auxiliis, quod mei rerum
que mearum curam geret, & quod licebit e
ius exempla imitari, & assequi præmia; & alia
quæ in eo mysterio referuntur, ad huius virtu
tis obiectum spectantia: vt proximè citato lo
co dictum est. Quare illud dicam Apollonio
*Deus spei, reple me omni gaudio & pace m
dendo vt abundem in spe & in omni virtute ca
plenitudine Spiritus sancti, Amen.*

b Rom. 15. 13

IV.

GVSTVS, est DEVOTIO cum amore, ad qui
spectat saporem in Dei rebus inuenire. Gau
deat

M
E
F. DE P. O. N.
R. I. & I. E.

debo itaque, tum quod Deus sit is, qui est: tum de excellentia & virtutibus eius, quæ in eo mysterio elucet: & studebo gustum & oblationem in eius imitatione & seruitio inuenire: omni, qua licebit, animi deuotione, cū Propheta dicens: *Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo IESV meo.*

e Abac. 3.18.

TACTVS, est CHARITAS perfecta, quæ dilecto suo coniungitur, vtriusque illum vnus amplectens, Dei videlicet & proximi amore, omniumque rerum, quæ illi placent: mihi verò in eo solùm complacens, quod ipse spiritui meus coniunctus sit; eiusque cor, meo tanquam sigillum impressum. O DILECTE animæ meæ, qui iubes, vt *d ponam te vt signaculum super cor meum*, quod eius affectus & opera tuis sint quam simillima: coniunge te mihi, vt & ego tibi coniungar in sæcula, Amen.

d Can. 8. 6.

MEDITATIO XXVII.

DE FUGA IN AEGYPTUM.

PUNCTVM I.



ONSIDERANDA hic sunt: Persecutio in Christum Dominum recens natum excitata: eius causa: & media, ad euadendum, accepta.

Matt. 2.13.

PRIMUM igitur perpende, permisisse Deū,

V.

§ 3 vt He.